



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXVII. Tigvrivm Collegivm in Heluetijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

CAPVT XXVII.

TIGVRIVM COLLEGIVM IN
Heluetijs.

IN Vrbe Tigurina apud Heluetios, ex op-
posito Basilicæ Canonissarum, est insigne
templum pro XXIV. Canonicis à Carolo
Magno Imperatore in honorem SS. Felicis,
Regulæ & Exuberantij, circa annum septin-
gentesimū sexagesimum fundatū ac dotatum.
Collegium istud Senatus Tigurinus, ab Ec-
clesiè Romanè castris desciscens, in Academi-
am omnium disciplinarum conuertit. Ita
Bruschius in descriptione Fravvemusteri-
ensis Canonissarum collegij apud Tigurinos.

CAPVT XXVIII.

OTINGENSE COLLEGIVM IN
Bauaria, & d. Salisburgensi.

Vetus est Collegium Canonicorum sæ-
cularium, non procul ab Oeno & Vrbe
Otinge, vbi Vto, aliàs Otto, Dux Bauarię, filius
Theodonis secundi, cognomento Magni, re-
giam prætoriumque suum constituit. Prop-
ter commoditatem situs aucupiorum, venati-
onum, & piscationum Reges & Principes Ba-
uariæ frequenter ibi habitarunt, tum etiam
propter crebras Hunnorum & Vngarorum
irruptiones in Noricum, Principes Imperij i-
bi fre-